



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Forma alia ad hoc idem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

eti Salutem in auctore & conseruatore fidei domino Iesu Christo.

† al. pellibus.

QUIA Callidæ vulpes Samsonis pedibus † versutis, ceruicibus erectis gestu & habitu obfuscatis sub quadâ specie sanctitatis colligatis caudis ardentibus, intricatis vocibus nefarijs non ventur per agrum vniuersum Dominicum currere, hac illacque discurrere, segete albam fidei splendoribus Dominicam dissipare, comburere & ardere, immisso igne ascendente ab inferis, deuastrante hæreticæ prauitatis, vt nos paulo ante rerum magistra omnium experientia docuit euidenter: & timeamus, & non immerito, ac reuolutis visceribus tremamus nocuenta fidei segetid. & agris fertilib. Dominicis inferri, grâdia supradictis incursum præscriptarum vulpium & discursu, ex nostri Inquisitoris absentia, quæ eiusdem Inquisitoris præsentia, Dei fauente gratiâ, conseruantur: Et quia propter varia & ardua fidei negotia habemus interdum per partes regni diuersas percurrere, vt exposcūt negotiorū qualitas & necessitas, ac requirunt: ideo nos Inquisitor præfatus vos N. de cuius discretionis sinceritate, conscientie soliditate, scientie profunditate, & zelo fidei accenso, & veritate, fidè gerimus solidam in Domino & probatam, Vicarium nostrum seu Commissarium in tota tali diocesi, statum & facimus firmiter per præsentem comittentes a vobis plenarie & expresse, quatenus denuntiationes, & informationes, seu accusationes auctoritate nostra à quibuscunque, & etiam contra quoscunque, recipere, & procedere, (prout nos possemus) libere valeatis: ac super & pro eisdem tā testes quā reos citare, † arrestare, compedire, confessiones seu testimonia recipere, & ea probare, & et examinare, & ad testificandum cogere, atq; pro dicenda veritate vnâ cū domino episcopo seu eius vicario questionibus exponere & tormentis: ac etiam ponere ad carcerem, qm̄ magis ad pœnam, quā ad custodiam videatur: consilium peritorum, quando vobis videbitur, conuocare: atq; generaliter omnia alia facere, quæ nos facere valeremus, si ibi personaliter præsentem essemus. In prædictis, enim omnibus & alijs ex eisdem, modo aliquo emergentibus, dependētib. & connexis plenariam concedimus & conferimus potestatem: diffinitiuam & dumtaxat sententia omnium impenitentium & relapsorū (vt est moris) ad quam absque nostra licentia & consensu nolumus vos extendere manus vestras, nobis penitus reseruata. Datum sub sigillo nostro in pendentibus, in tali loco, tali die, talis mensis, & talis anni.

32 Potest Inquisitor plenè committere vices suas, et ad procedendum ad sententiam diffinitiuam: sed melius est, & communiter fit, quod sententias relapsorum & impenitentium sibi retineat, & reseruet: quia magis præsumitur de Inquisitore, & magis obtèperatur Inquisitori, quā commissario: & quia communiter Inquisitor est magis expertus: & quia si bene procedatur vel male, sibi totū imputabitur: & quia ipsius est processus sui commissarij defensa, & cum idem sit consistorum veriusque.

† Hoc dicit iuxta constitutionem Clementis x. §. propter quod, de hæret.

A Quare multū pertinet ad Inquisitores, quod habeant bonos commissarios & industrios, & qui sciāt & velint prudenter negotia fidei exercere, vt sciādū eorū, & maiore & minorem prudentiâ, & prædictâ † possint Inquisitores minus vel plus grâdia, seu minus grâdiora negotia eis comittere, & ad istas vel ad illas sententias procedendi potestatem conferre: & prout negotiorū qualitas hoc exposcit.

Forma alia ad hoc idem.

B Rater N. ordinis Prædicatorum, &c. Venerabili & religioso viro fratri N. ordinis talis: Salutem in auctore & conseruatore fidei, &c.

CVM Per absentiam hæreticæ peruersitatis Inquisitorum, diabolica suggestione in locis pluribus experiamur sapissimè catholicæ fidei cœteria suboriri, quæ per eorum præsentiam validius extirpantur: Nos qui sumus arduis negotijs plurimis sanctæ fidei in præsentiarū taliter occupati, quod ad talē diocesim quoad præsentem, accedere comode nō valeamus: Idecirco vobis de cuius zelo, scientia, & discretionē fiduciam gerimus in Domino pleniorē in negotio fidei, in fra talē diocesim comittimus plenarie vices nostras, donec ad nos duxerimus reuocandas, semper dumtaxat nobis diffinitiuam sententiam reseruata. In cuius commissionis testimonium, sigillum nostrum duximus præsentibus apponendum. Datum, &c.

COMMENT. X.

QUONIAM inter ministros Inquisitorum Principem locum sibi vendicant commissarij seu Vicarij eorum, quos vbi occasio postulauerit, possunt & debent instituire, vt multis Pontificum rescriptis continetur, & docet copiose Emericus infra q. 12. & seq. ideo nunc quomodo institui debent & quā habeant auctoritatem docet vsq; ad finem sermone generali habendo, quicquid autem ad hæc tractationē attinet, copiose dicemus cum Emerico infra super q. 12. & multis sequentibus; nunc prædictam in tali negotio seruandam consideremus.

a Committentes vobis plenarie & expresse, quatenus denuntiationes & informationes, &c. Quæ hoc loco commemorat Emericus posse Inquisitores Vicarijs suis comittere, explorari iuris est. vt commissi §. commitendi, de hæret. lib. 6. concepitque etiam apertius Urbanus iij. rescripto quodā incipiente: Licet ex omnibus. in hæc verba: Vt ego commissi vobis officij debitum utilius & liberrius exequamini, committendi citationes, testium examinationes, cum de huiusmodi criminibus accipitis circumstantijs duxeritis inquirendum, & denuntiationes sententiariarum, quas in quoslibet hæc de causa tuleritis, &c. plenam comittimus facultatem. hæc ibi. Tradit Gondissalmus tract. de hæret. q. 7. nu. 12. Bernardus Comeris in lucerna verborum, inquisitor. §. 2. & Ioannes Roias tract. de hæret. par. 2. num. 429. atque hoc iure communi obseruari vere testatur Vmbertus in opere iudiciali, verbo Inquisitor, nu. 5. & verbo. Vicarius, nu. 1.

Docet

Docet tamen Simancas de catho. inst. tit. 64. nu. 11. testium examinationem ab ipso Inquisitore fieri debere, nec alteri committendam, nisi cum testes sunt impediti, ad quos nec iudices ire facile possint aut debeant; quod non negamus: neque enim facile debent Inquisitores vices suas committere, sed tunc cum iusta causa postulat: nam quæ ab Inquisitoribus geruntur, maturius & prudentius facta esse præsumuntur, quam quæ ab eorum substitutis fiunt.

Ac de hac quidem testium examinatione alteri non committenda, cum Inquisitor est presens, nec legitime impeditus, in Hispanensi instructione anni Domini MCCCLXXXIII. c. 17. his verbis a nobis latine redditus cautum est: Item Inquisitores per se ipsos recipiant & examinent testes, nec committant eorum examen notario vel alteri personæ: nisi testis esset ita infirmus, quod non posset ante Inquisitorem comparere, & Inquisitor non esset honestum ire ad recipiendum testis dictum, vel esset impeditus: nam eo casu posset Inquisitor committere examen testis iudici ordinatio ecclesiastico loci, & alteri personæ provide & honesta, quæ sciat bene examinare cum notario, & referat modum, quem tenuit testis in deponendo. hæc ibi.

Quamquam autem extra Hispaniam non tenetur necessario Inquisitores. Apostolici huius instructionis decretum observare, ut alibi copiosius scripsimus, possuntque inspecto vel iure communi, vel privato, vel consuetudine aliqua, non modo cetera, sed etiam testium examinationem committere, tutius est tamen, ut per se ipsos eos interrogent atque examinent, ut dictum est.

Commissarijs vero suis alibi constitutis propterea & hoc & alia committere coguntur, quia non possunt ipsi Inquisitores per se alibi constitutos testes examinare, ceteraq; transigere.

Iam hoc ipsum quod de Inquisitoribus Apostolicis diximus, in episcopis quoque locum habere censemus, in his locis, in quibus non sunt Apostolici Inquisitores: ut videlicet ipsi Episcopi per se testes in causa fidei examinent, ob eandem causam.

In prædictis enim omnibus, & alijs ex eisdem modo aliquo emergentibus, dependentibus, & connexis, &c.] Utiles est admodum hæc clausula, ad tollendas varias difficultates, quæ in negotio inquisitionis occurrere solent, de quibus facile a cavillosis & fraudulentis reis opponi posset ex omissione huius partis, ad differendum inq; iudicium. Cum enim causa principalis tractatur, aliqua questio incidere potest, vel quippiam emergere, quod cum ad causam principalem immediate non pertineat, negotium posset iudicibus faceffere: quo fit ut optimo consilio in commissione addatur præfata clausula.

Quæ autem dicantur incidentia, dependentia, emergentia, & connexa, tradit Specul. titu. de incidenti quaestione. & glossa in l. quod iussit. §. prætor. ubi copiose Doctores. ff. de re iudi. item Doctores in l. quoties. C. de iudi. & in l. 1. C. de ordine iudicior. & Canonista in c. 1. & 2. de ordi. cognitio.

Diffinitiva dumtaxat sententia omnium impunitum & relapsorum, &c. nobis penitus reteruata.] Ceterorum ergo delinquentium sententias

A veluti suspectorum redeuntium, fautorum, receptatorum & similibus, Inquisitorum commissarij virtute acceptæ subdelegationis ferre possent: immo et finas in relapsos & impenitentes possent pronuntiare, quoties generaliter illis forent Inquisitorum vices commissæ. quod non obscure videtur hoc loco sentire Emericus, dum specialiter sibi reservat sententias relapsorum, & impenitentium, indicans commissarios eas tunc posse ferre, cum Inquisitor specialiter sibi non reservasset: cui opinioni manifestius ad stipulatur idem Emericus paulo post num. 42. circa finem, ibi: Parati vobis committere, quatenus ad diffinitivam sententiam procedatis. & in me. 44. ibi: vsque ad sententiam diffinitivam inclusive procedere valeatis.

Et hanc sententiam summo iure veram esse existimo: nam cum Inquisitores sint principis delegati, hanc etiam facultatem poterunt suis commissarijs subdelegare. e. c. super. de offic. delegati. l. a. i. a. C. de iudi.

Ceterum quia res est magni ponderis, cum de vita hominis agatur, tutius erit hanc potestatem Commissarijs non tribuere, ut optime etiam hoc loco indicat Emericus. Jam de commissarijs amplius differit auctor 3. par. q. 13. & seq. ubi & nos copiose cum eo differimus.

Forma litterarum instituendi duos commissarios simul, qui procedant pariter & coniunctim.

Rater N. ordinis Prædicatorum, &c. 41 Venerabilibus, & nobis in Christo dilectis religiosis viris fratribus, tali & tali, ordinis talis: Salutem in auctore & conservatore, &c.

Quia secundum canonicas sanctiones integrum est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur: & negotium talis viri delati, capti, & detenti pro hæretica pravitare sit negotium nimis arduum atq; graue: attetis circumstantijs criminis, & personæ: capropter, ut fidei negotium arduum antefatum maturius peragatur, & in eo securius procedatur: ac consultius sine debito terminetur: Vobis duob. pariter coniunctim, & non vni sine altero committimus plenariè vices nostras, ac plenariè procededi potestatem in dicto fidei negotio, & in omnib. ex illo emergentibus, incidentibus, & connexis, etiam vsq; ad diffinitivas sententias exclusivè concedimus facultatè, tenore præsentium nostrarum litterarum. In cuius rei testimonium, præfatas nostras litteras nostri sigilli appensione iussimus communiri.

Forma alia secunda pro eodem.

Rater N. ordinis Prædicatorum, &c. 42 Magna prudentia religiosi viri fratribus tali, & tali, ordinis talis: Salutem in auctore & conservatore: &c.

Vertical text in the left margin, partially cut off, containing various words and fragments.

Cap. prudètia. de officio deleg. cap. de quib. 20. dist.